



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 28. Perversæ doctrinæ a Lovaniensi Facultate Theologica damnatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.  
A.C. 1653.

§. XXVIII.

*Perversæ doctrinæ a Lovaniensi Fa-  
cultate Theologica damnatæ.*

Quamprimum Hispaniæ Rex & Leo-  
poldus Belgii Gubernator Bullam  
Innocentii X. acceperant, mox illa in  
Belgio, æque ac in Hispaniis ab uni-  
verso Clero, Brabantino Senatu, &  
Universitatibus fuit recepta, quamvis in  
illa celebres propositiones diserte Janse-  
nio adscriptæ legerentur, quod eo majoris  
admirationis argumentum erat, eo quod  
ibidem antea per plures annos vehe-  
mens effervescet oppositio adversus Ur-  
bani VIII. Constitutionem, in qua tam  
men Jansenii liber nonnisi *in genere* fue-  
rat proscriptus: Enimvero Mechlinien-  
sis Archiepiscopus, & Gandavensis Præ-  
ful Innocentii Constitutionem promul-  
gare tergiversabantur, paulo post ta-  
men & ipsi aquiescebant: cum autem  
Lovaniensis Facultas Theologica com-  
pertum haberet, quod quædam opinio-  
nes sanæ doctrinæ adversantes irrepe-  
rent, hinc die trigesima Martii, & vi-  
gesima sexta Aprilis habitu conventu  
illas mérito Superiorum auctoritate pro-  
hibendas, & nullatenus in usum dedu-  
cendas censuit: Erant autem sequentes.

I. Pœ-

Sæc. XVII. I. , Pœnitenti habenti consuetudi-  
A.C. 1653 „nem peccandi contra legem Dei, na-  
„turæ, aut Ecclesiæ, et si emendationis  
„futuræ spes nulla appareat, nec ei  
„neganda, nec differenda absolutio-  
„dummodo ore proferat se dolere, &  
„proponere emendationem..,

II. „Poteſt aliquando absolvi, qu-  
„in proxima occasione peccandi verfa-  
„tur, quam poteſt, & non vult omit-  
„tere; quinimo direcťe, & ex proposito  
„quærerit, aut ei ſe ingerit.,

III. „Copula cum conjugata con-  
„ſentiente marito, non eſt adulterium.  
„Et mollities, Sodomia, bestialitas  
„ſunt peccata ejusdem ſpeciei infama-  
„adeoque ſufficit in primo caſu dicere  
„in confeſſione, ſe eſſe fornicatum, &  
„in ſecundo ſe procuraffe pollutionem.,

IV. „Licet Sacramentaliter abſol-  
„vere dimidiare tantum confeſſos ratio-  
„ne magni concursus pœnitentium, qua-  
„lis verbi gratia poteſt contingere in  
„die magnæ alicujus festivitatis, aut  
„Indulgentiæ.,

V. „Licitum eſt tam in judicio,  
„quam extra judicium jurare cum re-  
„ſtrictione mentali, non habitu reſpectu  
„ad intentionem ejus, qui petit jura-  
„mentum..,

VI. „Licet aliquando interficere ad-  
„versarium, aut illum infamare (etiam  
„im-

„imponendo illi falsa crimina) sine pec- Sæc. XVII.  
„cato mortali.“ A.C. 1653.

VII. „Licet Clerico vel Religioso  
„calumniatorem, gravia crimina de se  
„vel de sua Religione spargere minan-  
„tem occidere, quando alias defen-  
„dendi modus non suppetit, uti suppe-  
„tere non videtur, si Calumniator sit  
„paratus ea vel ipsi Religioso, vel ejus  
„Religioni publice ac coram gravissimis  
„viris impingere, nisi occidatur.“

VIII. „Præceptum servandi festa  
„non obligat sub mortali, seposito scan-  
„dalo, si absit contemptus.“

IX. „Quidam putant probabiliter  
„nondum animato fœtu licere abortum,  
„ad vitandum Scandalum aut mortem,  
„procurare. Ex quo apparet, non con-  
„demnandam facile puellam abortum  
„facientem, cum nondum est animatus  
„fœtus, ne deprehensa grava occi-  
„datur, aut infametur.“

X. „A parato maleficium malefi-  
„cio solvere, licet id ipsum petere.“

XI. „Qui apud Mendicantes com-  
„municant intra dies Paschales, satisfa-  
„ciunt præcepto Ecclesiæ de Commu-  
„nione annua, nec tenentur illi in sua  
„Parochia communicare.“

XII. „Peccata in Confessione omis-  
„sa ob instans periculum vitæ, aut a-  
„liam caussam, non tenemur postea in  
„Confessione exprimere.“ XIII.

Sæc. XVII. XIII. „Non solum licitum est de  
A.C. 1653. „sendere (defensione occisiva) quæ adi-  
„possidemus, sed etiam, ad quæ jus in-  
„choatum habemus, & quæ nos po-  
„sessuros speramus. Quare licitum ei-  
„tam hæredi, quam legatario contri-  
„injuste impedientem, ne vel hæredi-  
„tas adeatur, vel Legata solvantur, si  
„taliter defendere; sicut & jus habent  
„in Cathedram, vel Præbendam, con-  
„tra eorum possessionem injuste impe-  
„dientem..”

XIV. „Vocare Deum in testem men-  
„daci levis, non est tanta irreveren-  
„tia, propter quam velit, aut possit  
„damnare hominem..”

XV. „Ad defendendum honorem  
„suum, acceptare duellum, & occidere  
„provocantem, non est mortale pec-  
„catum..”

XVI. „Non tenetur quis sub poena  
„mortalis peccati restituere, quod ab-  
„latum est per parva furta, quanta-  
„cumque sit summa talis..”

XVII. „Absolutionis capax est ho-  
„mo, quantumvis laboret ignorantia  
„Mysteriorum fidei, & etiamsi per ne-  
„gligentiam quoque culpabilem nesciat  
„Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, &  
„Incarnationis D. N. Jesu Christi..”

Insuper censuit Facultas, monen-  
dos esse Confessarios, I. „quod non ha-  
„beant

„beant potestatem remittendi obligatio- Sæc. XVII.  
 „nem solvendi, aut differendi solutio- A.C. 1653.  
 „nem debitorum; dandi veniam, vel  
 „restituendi famam, vel satisfaciendi  
 „pro injuriis illatis: ac proinde non im-  
 „pendant absolutionem, nisi pœnitentia-  
 „tes parati sint satisfacere, sive pro de-  
 „bitis, sive pro injuriis illatis, extra  
 „casus, in quibus leges permittunt illud;  
 „quarum Confessarii tantum sint in-  
 „terpretes. II. Quod juxta Concilium  
 „Tridentinum nihil possint circa casus  
 „referatos, ac proinde ne se immi-  
 „sceant, ab iis absolvendo, nisi in sum-  
 „ma necessitate..”

Hanc censuram non modo Theodo-  
 rus Lylvoltius Facultatis Decanus, sed  
 etiam Mechliniensis Archipræsul &  
 Gandavensis Episcopus confirmarunt,  
 uti videbimus.

### §. XXIX.

#### *Cleri Gallicani decretum contra Fra- tres Minimos.*

Præter alia negotia, quæ Franciæ Comment.

Præsules Parisiis in suis comitiis Cler. Gall. generalibus congregati deciderant, de- t. I. p. 653.  
 cretum quoque ediderunt adversus Fra-  
 tres Minimos Valentinæ Urbis in Del-  
 phinatu sitæ. Hi enim neglecta Va-  
 lentinensis Episcopi auctoritate ac li-  
 centia Corpus Venerabilis Mariæ Tes-  
 soniere